X 890. Cf. infra inter municipales. — 2) De crypta dixit Nissen pomp. Studien p. 248, de tribunalibus p. 249. — 3) Quid in theatro Pompeiano mutaverint (nam extitit illud sine dubio multo ante Augusti tempora) vel addiderint Holconii, quaesiverunt Puchstein archaeol. Anzeiger 1896 p. 30. 40; Mau Pompeji p. 136.

5638[a] M. Artorius M. l. Primus | architectus.

Pompeiis in eodem theatro rep., est item Neapoli (X 841 vidit Mommsen). Eiusdem architecti est titulus in basilica Pompeiana rep. X 807.

Ad unum ex theatris urbis Romae spectat N. 793 cf. N. 5050 v. 157.

5639 divo Augusto sacrum | pro salute Ti. Claudi | Caesaris August. Germ. | Ti. Claudius Arucae fil. Capito | sacerdos Aug. theatrum, quod | Lupus Anthi f. ligneum posuerat, | d. s. p. lapideum restituit.

Fori Segusiavorum (Feurs prope Lyon) rep. a. 1887 (XIII 1642 Hirschfeld vidit ectypum).

5640 Neroni Claudio divi Claudi f. Ger[*manici Caes. n. Ti. C*]aesaris [*pron. divi*] Aug[*usti abn. C*]aesar[*i*] Aug. Germanico pont. max., trib. pot. III[1], imp. III, cos. II designato III, proscaenium et orchestram cum ornamentis, Augustalis perpetuus[2] C. Heius Primus Cato[3], Heia . . . . . . [*d. d.*]

Olisipone (Lisboa) in ruderibus theatri rep. a. 1798 (II 183 fragmenta epistylii ingentis descripserunt Cenaculo et Azevedo Portugallenses). — 1) A. 57. — 2) Hoc nomini praepositum etiam II 196. — 3) Idem memoratur II 196.

5641 . . . N. f. Faber   M. Fisius C. f.   M. Vibius P. [*f.*]
. . . sius St. f.   M. Baibilius L. f.   T. Hostiu[*s*] . . [*f.*]
cu[*ne*]os duos in teatro faciendos coi[*raver.*]

Capuae rep., est Neapoli (I 572. X 3782. Ritschl tab. LXIV g). In eodem saxo, postea ut videtur, anno u. c. 683, incisus est titulus X 3783, quem infra dabimus inter municipales.

5642 T. M[*u*]ttius P. f. Celer | IIIIvir q. theatrum | alueudum[1], gradus | faciendos curavit se|natique consultum | fecitque[2], utei pequ|niam populo, pageis | retrib.[3]

In turri ecclesiae S. Pelini, ubi fuit Corfinium (IX 3173 semel descripta circa a. 1700). — 1) Quid subsit, nescio. — 2) que *abundat. — 3) Retribuerent. Liberalitate sua videtur effecisse, ut tributum popularibus restitueretur, ad quam rem opus erat senatus consulto, cuius ipse auctor fuit.*

5643 T. Annius T. f. Rufus, | L. Septimius Sa.[1] f. Dentio, | L. Annius T. f. Gritto magistr.[2], | ex pagi d.[3] scaina[4] fac. coir. | T. Annius T. f. Ruf., L.[5]   T. f. Gritto | probaverunt.

Prezzae, inter Sulmonem et Corfinium, ubi videtur fuisse pagus Lavernae (I 1280. IX 3137 vidit Dressel; imaginem Ritschl tab. XCIV E). — 1) Salvii. — 2) Magistri, sc. pagi Lavernarum. — 3) Decreto. — 4) Scaenam. — 5) Nomen gentilicium omissum, spatio vacuo relicto, scilicet supplendum ex praecedentibus.

5643[a] Neratius Palmatus v. [c.] . . . . . | etiam frontem scaenae o . . . .

Syracusis 'in fornice candidi marmoris' (X 7124 solus descr. saec. XVII Gualterus).

archive.org